martinum auferri cum iam
penitus esse consumptus ita
diuturno incendio putaretur.
Ceterum ut verbis meis
deus est testis, michi ipse
referebat et non sine ge:
mitu fatebatur in hoc se dia:
boli arte deceptum ut ex:
citus e somno consilium
non haberet quo per fidem
et orationem periculo repug:
naret. Denique tamdiu
circa se sevisse ignem quam
diu erumpere ostium turbatus
mente temptaverit. Ubi uero
auxilium crucis et orationis
arma repetisset, medias
recessisse flammas. Sed tunc
sensisse rorantes quas
male esset expertus ur:
entes. Unde intelligat
quisquis hec legerit temptatum
quidem illo martinum peri:
culo sed probatum.

Incipit alia eiusdem ad aurelium diaconem

Postea quam a me mane
digressus es, eram re:
sidens solus in cellula sub:
ieratque me illa que sepius
occupat cogitatio, spes futu:
rorum presentiumque fastidiumque
fastidium iudicii metus, for:
mido penarum. Et quod con:
sequens erat atque unde

cogitatio tota distenderat pec:
catorum meorum recordatio tristem
me confectumque reddiderat.
Dein cum fatigata angore
animi in lectulo membra
posuissem, ut plerumque ex
mestitudine solet, somnus
obrepsit. Qui ut semper
matutinis horis levior in:
certusque ita suspensus ac du:
bius per membra diffunditur,
ut quod in alio sopore non
evenit, pene vigilans dormi:
re te sentias. Cum repente
sanctum martinum episcopum videre
michi videor pretextum toga
candida, vultu igneo, stella:
tibus oculis, crine purpureo.
Atque ita michi in ea habitu:
dine corporis et forma qua
noveram videbatur, ut quod
eloqui nobis pene difficile
est, non posset aspici cum
posset agnosci. Arridensque mi:
(hi) paululum libellum quem de
vita illius scripseram dextra
preferebat. Ego sancta genua
eius complexus benedictionem pro
consuetudine flagitabam.
Superpositaque capiti meo
manu tactu blandissimo
sentiebam. Cum inter benedictionis